



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 9. An conservatores habeant tribunal.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

SUMMARIUM.

1. Feries sunt duplicia speciei.
2. Divinis & repentinis feriis renunciari non potest.
3. Conservatores procedunt in feriis rusticis.

Distinguo ferias tripartitam, in divinas, repentinas, & rusticas hominum favore
 Introductas, divinae feriae sunt, quae divini cultus gratia sunt introductae.
 Repentinæ vero, quae nec opinato indicuntur, ut puta propter publicam
 aliquam lætitiā, aut etiam tristem aliquem casum. Rusticae quae publicae utilitatis
 causa, videlicet messium aut vindemiarum gratia conceduntur. *Spec. de feriis.* Di-
 vinitis & repentinis renunciari non potest, & proinde conservatores in istis feriis
 procedere non poterunt. *Spec. de feriis.* At vero feriis rusticis procedere pote-
 runt, etiam partibus invitie, si diplomati conservatoriali insit (ut plerumque inest)
 tunc etiam partibus invitie, hae enim clausulae fa-
 cultatem procedendi in feriis. *Guido de Rescriptis num. 10. Barib. l. nec quic-*
quam §. de plano de offic. procons. Paris. de Puteo de S. judicatur. verb. feria. Clem. sepe de
verb. signis confirmatur. Quia conservatores cessantibus dictis clausulis possent cog-
 noscere de interdico recuperanda quod feriis impediri non potest. *Capell. Tholos.*
quæst. 139. ut etsi quæstio esset de injuria tam atroci quæ celari non posset. l. eadem
de feriis. Alciac. lib. 1. de verb. sig.

QUESTIO NONA.

An Conservatores habeant tribunal.

SUMMARIUM.

1. Tribunal quid sit.
2. Delegati non habeant tribunal.
3. Conservatores extra locum Conservato-
 riam non dicunt.

Si proprietatem elegantiamque verbi Tribunal, quam Latinitatis vindex
 Budeus in *Annotat. ad Pandectas l. 1. ff. de judiciis.* descripsit teneamus, non
 non habebit. Quia tribunal locus est, in quo ordinarius solent reddere pro-
 inde cum conservatores proprie non sint ordinarii, tribunal proprie non possunt
 dici habere. *Conc. Trid. sess. 14. cap. 5. de reform. l. Pen. ff. de just. & jure. Cagnolus d. l. 1.*

num. 25. & 39. ubi & Barib. ff. de iud. Ut nec delegati dicuntur habere tribunales non habeant tribunal seu certum locum more majorum dictioni juris designatum, si locum aliquem elegerint, poterunt postea pro re nata aut impedimento emergentibus mutare. Barib. d. l. 1. num. 8. cap. statimus de offi. del. in 6. Clem. 1. de sen. com. Si modò tamen fines Diocesis ad cuius tutelam seu conservationem sunt designati, non egrediantur, nec enim id possunt cap. fin. §. Conservatores & §. si. de offi. del. in 6. Auferrius de potestate Ecclesie super Laicis num. 9. vers. undecimo potest. Fel. cap. nonnulli num. 1. de Rescriptis. Idque nisi obtinet diploma conservatoriale, eoque sententia concilio hanc quaestionem cum his quae dicta sunt quaest. 1.

QUESTIO DECIMA.

An Conservator possit tanquam suspectus recusari.

SUMMARIUM.

- 1. Conservator recusari non potest, nisi sit ad universitatem causarum. causam subdelegare.
- 2. Conservator qui de notorio cognoscit, an possit recusari. Delegatus principis potest subdelegare.
- 3. Ritus recusandi Conservatores. 6. Subdelegare an possit dnm cognoscitur de causa recusationis.
- 4. Arbitri quales esse debeant. 7. Subdelegatus à conservatore an recusari possit.
- 5. Conservator suspectus an possit alteri

Respondi in toties jam citatu tractatu nostro de iurisdictione ordinar. in exemptis lib. 1. quaest. 39. num. 33. recusari non posse. Innocent. d. cap. 1. num. 4. & DD. bid. de offi. del. in 6. Sylvester verb. Conservator num. 5. Caval. deo. 33. num. 15. parti. 2. declaro tamen, non praecedere in Conservatoribus ad universitatem causarum aut cum indagine judiciali procedentibus, idque arguendo à delegatis ad conservatores, quod esse validum jam quaestione quarta ostensum est. Clem. saepe verb. declaratio de verb. sig. Lancel. de attent. parti. 2. cap. 5. num. 64. Wamefius conf. 181. de appell. tom. 1.

Declaro 2. ut Conservator qui de notorio cognoscit, cuius poena non est certa sed arbitraria, possit etiam recusari. Milit. in Repert. vers. iudex non potest recusari fol. 111. & verb. notorium fol. 278. ubi distinguit gloss. cap. 1. de offi. deleg. in 6. Anton. cap.